



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

11 Scamna, mensae, dolia, & his similia in spolio non includuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

modolibet obtinentes, ad usum, & cultum
divinum, etiam in eorum privatis ædibus,
& capellis, vel oratoriii distincta, tempo-
re eorum obitus ex testamento, vel ab in-
testato relicta spoliatorum appellatione
non veniant, sed eadem ad ecclesias, qui-
bus defuncti præfuerunt, spectare, & per-
tinerere decrevit, ut in ead. constitut. Pij V.
sub dat. Roma anno 1567. in Bull. Rom.
cap. 44. & per Navar. in §. 8. num. 2. de
spol. cleric.

11. Secundò, † nec cadunt in spolio, quæ-
cunque scamna, cathedræ arcæ, & et-
iam lignæ, vel lapidæ, etiam
marmoræ mensæ & tapulæ, ac quæcun-
q; dolia, seu vasa vinaria vacua, & alia simi-
lia supellectilia domestica, ut idem Pius
V. statuit in ead. constitut. §. in super Et si-
milium appellatione, omnia alia lignami-
num mobilia cujuscunque qualitatis ex-
istentia comprehensa censentur, & hæc
expresse sunt exclusa, & ecclesiis incor-
porata, per dictam Pij V. constitutionem,
ibi, eo ipso applicata, & incorporata sunt,
& esse censentur, quæ significant sen-
tentiam juris, gloss. in cap. in pœnis, de re-
gul. jur. in 6. Felin. post alios, quos citat.
in cap. Rodolphus, num. 28. de rescript. &
Navar. eod. comment. de spol. cleric. §. 8.
numer. 5.

12. Tertio, † præter exempta per dictam
constitutionem, sunt etiam à numero spo-
liatorum exempta omnia bona patrimonialia,
vel causa donationis, successione, seu
legatorum, aut ex fructibus eorundem
honorum patrimonialium, & donationum,
vel successioneum acquirita, de quibus be-
neficiati liberè testamento, donatione, vel
quocunque alio modo, & titulo disponere
possunt, cap. quia nos, & cap. relatum in 2.

de testam. cap. 1. de success. ab intestat.
Innoc. in cap. cum in officiis, num. 2. vers. si
autem, eod. titul. Bald. in auth. licentiam,
C. de episc. & cler. Alexaud. in conf. 101.
num. 2. lib. 7. Corn. conf. 314. num. 2. vel 3.
& in conf. 79. num. 3. vers. tamen secus est
in aliunde quasitis, &c. volum. 4. Navar.
eodem. com. de spol. clericor. in princip. nu. 2.
vers. dixi. Quæ sita ex bonis ecclesiasticis,
Ab intestato autem decedentibus, dicta
bona ad consanguineos, qui eis legitime
succedunt devolvuntur, Rot. decis. 41.
num. 2. de probat. in antiq. quæ conclusio
procedit etiam in Episcopo patrimonium
habente, quod bona hæreditaria præter-
mittuntur potius quæ sita ex redditibus pa-
trimonialibus Episcopi, quàm ecclesiæ, ut
tenuit Rota, quæ plures allegat. in par.
3. divers. lib. 3. 3. decis. 582. num. ... quibus †
sine legitimis successoribus decedentibus,
ecclesiis, quibus defuncti præfuerunt, in-
corporantur, ut in authen. de eccles. tit. §.
interdiximus, vers. si quis autem Episcopus,
colum. 9. cap. final. 12. quæ sita §. gloss. fin.
in cap. requisiti, ext. de testam. & in cap.
1. de success. ab intestat. & Innoc. in d. cap.
cum in officiis, num. 5.

14. Quarto, † bona quasi patrimonialia,
quæ sunt quæ sita ratione clericalis ordi-
nis, vel officii, alia ratione, quàm juris per-
cipiendi fructus beneficiales, ut quæ sa-
cerdotes pro elemosyna recipiunt, Missas
celebrando, capellanos agendo, prædica-
toris, confessorijvè munera, aut alios spi-
rituales actus exercendo, & Vicarij ge-
neralis aut aliud officium ecclesiasticum
temporale administrando, cap. quia
nos. & ibi Innoc. de testam. cap. re-
latum. §. caterum. eod. tit. & post Abb.
Hostiens. Card. & Franc. tenet Navar.
in di.